



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 136. Definitio & institutio Sacramenti Pœnitentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

tociationem purè humanam, sed per verbum Dei scriptum, vel traditum. Ex quo nihil certi habemus sine pro illa, hinc pro illa opinione: quia Scriptura testimonia (qua ad id proferuntur) uniusquisque secundum suam explicat opinionem, ut & testimonia Sanctorum. Et fortasse suam circa hoc voluntatem nobis incertam Deus esse voluit, ne studium proficiendi in pœnitentia, ad recuperanda merita derperdat *pigereas*. Si enim fieremus per pœnitentiam intensam dumtaxat ut unum vel duo v. g. recuperari merita omnia desperita, hoc sperando pigreter *humana segnies*, nec fatigetur ad acquirendam pœnitentiam perfidio. Nunc vero dum necessarius ad hoc pœnitentia ignoratur gradus, profecto & studium ad perfectiorum pœnitentiarum pervenienti, & ad hoc nihil negligendi cura acceditur, non spernit, prout in limbi obseruat Augustinus l. 21. de Civit. Dei cap. ult. n. 5.

## C A P U T CXXXV.

*Sine voto Sacramenti Pœnitentia, per virtutem  
Pœnitentiae in nova Legi peccata  
non remittuntur.*

<sup>1378</sup> **Q**uid per contritionem (qua principialis est etas virtutis pœnitentiae) quamlibet perfetta sit, peccata in legi nova absque voto Sacramenti Pœnitentia non remittuntur, fide certum est ex definitione Concilii Tridentini scilicet l. 4. c. 4. docens, quod *est contraitionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, bonumque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto (quod in illa includitur) non esse adscribendam.*

<sup>1379</sup> Neque ex hoc conditione Christianorum censeri potest dexter conditione Iudeorum. Imo longe melius est: quia per institutionem Sacramenti Pœnitentiae Christianorum cum Deo reconciliatio longe facilior certiorque effecta est, quam olim fuerit reconciliatio Iudeorum.

Primo, quia ad reconciliationem, seu peccatorum remissionem non sufficit quæ secumque dolor ac difficultas de peccatis commissis, nec qualcumque propulsione de amplius non committendis; sed neesse est ut propositum istud & dolor ex amore Dei predominante procedat, ut posse videbitur, atque in ipso neceſſe est ut propositum illud procedat ex plena, firma & efficaciter voluntate faciendo quicquid necessarium est ad caverendum relapsum. Quæ duo facile profecto non acquiruntur, nec Deus, secundum ordinariam gratia suæ econominam, statim ea largitur, & in nobis operatur (juxta S. Thomam 1. 2. q. 113. a. 10.) sed post multas preces, exercitiaque pietatis ac pœnitentiae, ut pluribus ostentum est ipsa: Igitur conditio quæ plura efficacioraque subministrat media ad acquirendas dispositiones illas, reconciliationem seu remissionem peccatorum efficit faciliorem certioreme. Plura vero, efficacioraque ad id media subministrat institutio Sacramenti Pœnitentiae. Quia humili illa & verecunda actio, quæ nos oportet peccata nostra, quamlibet occulta, homini conficeri, medium est praestans timum ad impetrandum à Deo contritionem gradum necessarium ad remissionem peccatorum. Verba quoque Sacerdotis, Christi vice agentis in hoc Sacramento, ad gradum illum excitandum plurimum conseruant, sicut & praxis actualis operum pietatis ac pœnitentiae, ad debitam contritionem impetrandom ab ipso praescriptorum, dum diffundendam judicat abolitionem. Quæcumque enim sunt in administrando Pœnitentia Sacramento, consideranda non sunt velut simplices

actions virtutis pœnitentiae, sed velut actiones Sacramenti Pœnitentiae, quibus gratias suas Dominus alligavit. Et idem consideranda non sunt velut jugum grave & durum novæ legis, sed velut medium facile, quod lex nova nobis subministrat ad peccatorum veniam consequendam.

Secundò, ipsa quoque Sacerdotis absolutio, tale est medium. Quia dum à prudente dispensatore mysteriorum Dei conceditur, qui secundum Ecclesie regulas, sibi probè notas, pœnitentis dispositionem tollitè examinat, iustam pœnitentia fiduciām ingredit, sua sibi peccata esse remissa. Quæ fiducia vix habeti poterat in lege veteri, in qua à certo dispositionis interioris gradu, foli Deo cognito, remissio illa dependebat; ad quem gradum fe pœnitentie, circa divinam revelationem, nemo certus ac tecum erat.

Tertiò, satisfactio[n]es per Christi Ministerium prescriptæ, cumque humili ad Ecclesie claves submissione a pœnitentibus practicatae, longe magis imperativa sunt divine misericordia, & placitatis iustitiae, quæ satisfactio[n]es sponte suscep[ta], vel peccatoribus in lege veteri prescriptæ. Quia pars sunt Sacramenti Pœnitentiae, effectum prodichabentes ex opere per Christum operato. Merito proinde Tridentina Synodus scilicet l. 14. c. 5. dicit, quod ipsa confessionis difficultas, ut peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantumque commodi, & consolationibus levaretur, que omnibus dignæ ad hoc Sacramentum accidentibus, per abstinentiam certissime conferuntur.

## C A P U T CXXXVI.

*Definitio & institutio Sacramenti Pœnitentiae.*

**P**œnitentia Sacramentum, est *nove legi Sacramentum*, quo lai post baptismum, contritus & confessi, ac satisfacie parati, per Sacerdotis ministerium abolutio, seu remissio peccatorum conceditur. Definitionis bonitas ex eo apparet, quod per eam Pœnitentia Sacramenti natura optimè declarat, dum & materia ipsius & forma & Minister per eam designantur, & discrimen ipsius a reliquo Sacramentis. Designatur namque materia remota, peccata scilicet post baptismum commissa. Designatur & materia proxima, contritus, confessio, satisfactio. Designatur forma, per quam à re, reliquo distinetur Sacramentis, scilicet ab solutio. Materia tamen illa remota (peccata unque post baptismum commissa) non est materia ex qua Sacramentum hoc constituitur, sed ad quam defruendam, seu delendam, Sacramentum est institutum.

**D**ominus autem Sacramentum Pœnitentiae tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, inflavit in Discipulos suis, dicent: "Accipite Spiritum sanctum: quorum remitteritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt." Quo tam insigni factu, & verbis tam perspicuis, potestiam remitti & retinendi peccata, ad reconciliandos fidelas, post baptismum lapsos, Apostolis. & eorum legitimis Successoribus fratibus communicatam, universorum Patronum consensu semper intellectu. Et Novatianos, remitti potestam olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholicatam quam baricos explosit. Quare verissimum hanc illorum verborum Domini ienam sancta hec Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentariis interpretationes, qui verba illa ad potestatem predandi verbum Dei, & Christi Evangelium annuntiandi (cum Galvinis) contra hunc Sacramenti institutionem salvo deterrunt: Verba sunt Concilii Tridentini scilicet l. 14. c. 1. Verissima quidem; revera namque Cyrilus Alexandrinus super cap. 20. Joan. ait, quod quando Christus in Disci-

Ggg

*Tom. III.*

polos insufflando dedit eis potestatem peccata remittendi & resuendi, dignationem, quo<sup>m</sup> soli natura divina debetur, illis attribuit, potestatemque illam Chrysostomus l. 3. de Sacer. c. 5. ita excolit, ut dicat cā majorum dari non potuisse, cum per eam omne iudicium Ipsi datum sit ad eo cui pater omne iudicium dedit: *Lis datum est potestatem habentes, quam Deus optinuit neque Angelis, neque Archangelis datum esse voluit. Neque enim ad illos dixit, quæcumque alligarent, &c.* “*Habent quidem & terrestres Principes vincula potestatem, verum corporum solum. Id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atque ad Celum usque pervadit, nique adeo ut quæcumque in terra Sacerdotes fecerint, illa eadem Deus superne rata habeat, ac eorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidam hoc ait, nisi rerum omnium celestium potestatem esse dicas, nisi rerum omnium celestium potestatem illi à Deo esse concessum? Quorūcumque enī (art.) peccata remiseritis, remittuntur eis, & quæcumque reuicteritis, retenta sunt. Quenam, obsecro, potestas hac major esse queat? Pater omne iudicium Filio dedit. Ceterum video ipsam omne iudicium à Deo Filio illis traditum, &c.* Quemadmodum ergo Pater omne iudicium non dedit Filio, solum potestatem praedicandi Evangelium ipsi dando, sic omne iudicium Deus Filius Discipulis non dedit, solum ipsis dando potestatem Evangelium praedicandi; neque enim ista potestas iudicaria est, sicut est illa. Neque est dignatio, quo soli natura divina debetur, & neque Angelis, neque Archangelis communicatur. Siquidem Angelus evangelizavit, cum dixit, *Ecco evangelizo vobis evangelium magnum. Et Gabriel Angelus, cum ad Mariam dixit: Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c.*

<sup>1381</sup> At hoc quod Calvinus Iustit. l. 4. c. 19. §. 17. baptisimus sequentibus post hujus suscepionem peccatis non delerat, non inquinatur, vim suam non amittit. Hoc ergo unum Ecclesia Ministrorum relinquit, ut suscepiti baptisimi memoriam in peccatoribus evangelica predicatione suscitent. Hoc unum est remittendi peccata minitum. Nec alio opus est: cum enim baptisimus in peccatorum remedium fit institutus, alio ad id sacramento opus non est.

At contrā: Christus ante Passionem suam, baptizandi potestatem discipulis contulerat, & munus istud discipuli ante Passionem jam obierant. Aliam igitur quam baptizandi potestatem ipsis post Resurrectionem suam tradidit, quando in ipsis insufflando dixit, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c.* Enimvero baptisatum Christus non instituit, nisi in remissionem peccatorum ante ipsius susceptionem commisit. Vim proinde nunquam habuit ad remissionem subsequendum. Neque Sacerdotes solum cum nos regenerant, sed etiam postea condonandorum nobis peccatorum potestatem obtinebat, ait Chrysostomus citato l. 3. eamque iudicariam esse confirmans homini. 5. de verb. Ita. Sacerdoti (inquit) thronus in celis collocatus est, & de celestibus negotiis (non de terrena bus dumtaxat, ut Rex terrenis) promuntandi habet autoritatem. Qui hoc dicit? Iste calorum Rex: “Quæcumque ligaveritis super terram, erunt in terram, erunt soluta & in celis.” Quid cum tanto bono conferriri posse? à terra iudicandi principalem autoritatem sumit celum: nam Iudex sedet in terra; Dominus regnat in terram, & quidquid sic in inferioribus judicari, ille in supernis comprobatur.

<sup>1382</sup> Quid plura, dum Montanistas & Novatianos Ecclesia velut haereticos damnavit, ideōne damnavit, quod Baptisatum non admitterent? Non,

revera enim Baptisatum admittabant, & à Deo pro commissis post Baptisatum criminibus sperdam veniam praediebant. Ideo ergo ab Ecclesia & universis Patribus damnati fuerunt, quod criminis post negarent, tametli homines etiam fereratissimos ad penitentiam, cāque mediante ad sperrandam Novatus quippe, vel ponens Novatus (ut scribit Socrates l. 4. c. 28.) ad omnes scripti Ecclesias, necos, qui diabolus immolaverant, ad sacra mysteria admitterent; sed ut bortantes quidem eos ad penitentiam; indulgentiam amena irminum relinquenter Deo, penes quem Ius arbitrii quæcunq; criminis remittendi. Et in hoc quidem Novatiani se Domino deferre reverentians (inquit Ambrosius l. 1. de pecc. c. 2.) cui obmittendorum criminaria potestatem reservent. Inde nulli maiorem in partem faciunt, quam quæ ejus volunt mandata resindere, concauam manus refudare. Nam ictus ipse in Evangelio suo dicitur Dominus Iesus: “Accipite Spiritum sanctum, quo<sup>m</sup>rum remiseritis, remittuntur eis, & quo<sup>m</sup>rum reuicteritis, retenta sunt: Quis ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroque servat obedientiam, ut peccatum & allegit, & relaxet. Hoc in atero immisit, in atero imbedebet, vult ligare quod non resolvit, non vult solvere quod ligavit, in quo se Juanque dannat sententiam. Iudicium enim pars Iesu & solvendi esse voluit, & ligandi, quæcumque pars conditione periret. Ergo qui solvendi Ius non habet, nec ligandi habet. Sic enim, secundum Novatianam sententiam, qui ligandi non habet, & sovendi habet; ita si formo assertio Iesu pro stirpant, ut quia sovenda fibris negant, negant debent & ligandi. Quoniam igitur potest alterum licere, alterum non licere? Quis donatum est utrumque, aut utrumque licere mandatum est, aut utrumque non licere certum est. Ecclesia autem utrumque licet, heresi utrumque non licet. Ius enim hoc soli permisum Sacerdotibus est. Rele igitur Ecclesia vindicat, quæ vero Sacerdotes habent, heresi vindicare non potest, quia Sacerdotes Dei non habent. Alius Spiritus sancti officium Sacerdotibus: Ius autem Spiritus sancti in sacerdotibus ligandisque criminibus est....

Sed autem, se exceptis gravioribus relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem Autem vestrorum Novatianus ait, qui nemini penitentiam damnum putavit; cā solvit contemplacione, ut quod ipse non posset solvere, non ligaret, ne ligando spirari a se sacerdotis solutionem. In eo sicut patrem vestrum propriam damnationem sentientia, qui definitionem peccatorum facit, quæ solvenda à vobis patet, & quæ sine remedio esse arbitriemini. Sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam omnibus promisit, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggerat, exaggerat etiam penitentiam; majora enim criminata majoribus absolvuntur. Ita nec Novatianus probatur, qui veniam interclusum omnibus nec vos ejus discipulis, imitatores ejusdem & condonatores, qui ibi ministris studiopernitentes, ubi auferri oportet. Quia graviora peccata majoribus sacerdotibus fulcris docuit Christi misericordia....

Carus profumatis (prosegitur c. 7.) aliquos a coluvione distibuli per vos mandari posse? Carus baptizatis, si per bonitatem peccata dimitti non licet? In Baptismo atque remissio omnium peccatorum est. Quid interēs utrum per penitentiam, an per lavacrum hoc Ius sibi datum Sacerdotibus vindicent? Utrum in utroque ministerium est. Sed dices, quia in lavacro operatur mysteriorum gratia. Quid in penitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo?

*ubi vultis vindicatis vobis Dei gratiam, ubi vultis repudiatis.*

1383 Obijcentibus ergo Novatianis, quod solus Dei sit peccata condonare. Verum est (optimè cum Ambroso responder Pacianus epist. 1. ad Sympro- nian. in fine) sed & quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit: "que ligaveritis in terris, ligata erunt & in celis, &c.? " *Cur hoc, si ligare hominibus, au- thoritate Dei sibi commissa, non licet?*

Si dicas hoc solis Apostolis licuisse. Ergo (inquit Pacianus) solis solis baptizare licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis Gentium peccata purgare: quia totum hoc non aliis quam Apostolis imperatur est. Quod si uno in loco, & relatio vincularum, & Sacramenti potestas da- tur, aut totum ad nos ex Apostolorum forma & potestate deducunt est, aut nec illud ex Decretis relaxatum est. Ego " (inquit Apostolus) " fun- damentum posui, alius autem superaedificat. Hoc ergo superaedificamus, quod Apostolorum doctrina fundavit. Si ergo & lavari, & chrysomatis poteras ad Episcopos inde descendit; & ligandi quo- que ius adiut, atque solvendi, &c.

1384 Porro pœnitentia esse novæ legis Sacra- mentum, prout Ecclesia Catholica fides docet, li- quet ex aliatis Chirili verbis, quorum remissione peccata, remittuntur eis, &c. Neque enim in illius potestatis ministerio deest ritus externus, ut con- stat ex ejusdem Ecclesiæ praxi: neque Christi in- stitutio, quam verba illa manifestant: neque pro- missio gratiae, exterius illi ritus conjuncta. Abique gratus quippe infusione peccata non remittuntur. Ad verum autem, & propriæ dictum Sacra- mentum sola illa tria requirunt, dummodo allata Christi institutio pro toto Ecclesiæ tempore stabili- liter facta sit, ut factam esse constat ex eo quod per verba illa peccata remittuntur, ut & per alia baptizandi Christus absolutæ, & fine temporis aliquis exceptione concessit. Estque, & tempore fuit illa traditio Sanctorum omnium. Neque ei contradicunt Lutherani omnes; im- emadmittunt, omnes Confessionis Augustana defensores, in qua capite de numero & usu Sa- cramentorum sic habent: *Si Sacraenta voca- mus ritus, qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiae, facile est judicare, que sunt proprie Sacraenta. Non est enim auctoritas humana promittere gratiam... Verè igitur sunt Sa- cramenta, Baptismus, Cena Domini, abolutio, que est Sacramentum Pœnitentiaæ. Soli ergo Zuin- giani & Calviniani omnes, cumque ipsi Luthe- rani aliqui, Melanchton, Kemnitius, Matthias Illicius, &c. negant pœnitentiam esse novæ legis Sacramentum. Nec mirum, Lutheri discipulos ea in re in oppositæ sententias abiisse: cum ipsorum Magister Lutherus eadem in re variis faciat, & modo confessus, modo inficiatus fuerit, pœnitentiam esse Sacramentum, prout facile ostendit potest.*

1385 Sed cur (inquit) improbamus Calvinistas, auctores pœnitentiam aliud non esse Sacramentum à Sacramento Baptismi? Respondeo cum Tri- centino tell. 14. c. 2. quia hoc Pœnitentia Sacra- mentum nullis rationibus à Baptismo differre dig- noseatur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime dif- fidet, consuet cerie Baptismi Ministrum Judicem esse non oportere: *cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ja- nuam fuerit ingressus.* " Quid enim mihi (inquit Apostolus) de iis qui foris iunt judicare? " Secus est de domestica fidei. Nam hos, si se postea criminis aliquo contaminaverint... ante hoc tribunal (Pœ- nitentia) tamquam reos (Christum) sibi voluit, ut per Sacerdotium sententiam possint liberari. Alius

est præter ea baptisini, alias pœnitentia fructus. Per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in eo efficiuntur creatura, plena & integra peccatorum omnium remissione conque- ntes. Ad quam tamen novitatem & integritudinem per Sacramentum Pœnitentia sine magnis nostris statibus (divinæ id exigente justitia) pervenire nequa- quam possumus. Tamen ergo per utrumque Sa- cramentum peccatorum tribuatur remissio, alter tamen & alter, per baptismum utique absque la- bore, per pœnitentiam non absque labore. Et ra- tionem diversitatis hanc reddit Pacianus epist. 3. quia baptisma, utpote Sacramentum Dominica Pa- sionis... gratia donum est, id est gratuita dona- tio. Pœnitentia vero non sic, quia Sacramentum est iustitiae simul & misericordie, eaque ratione à Patribus vocatur baptismus laboriosus, quia per eam peccatorum venia facilè & absque labore or- dinariæ non obtinetur. Et idèo paucis magnis peccatoribus per eam peccatorum venia obtinetur. Quia, ut Pacianus prosequitur, *labor iste paucorum est, qui post castra re surgunt, qui post vulnera convalescunt, qui lacrymosi vocibus adjuvantur, qui carnis interius revivificant.*

## CAPUT CXXXVII.

Sacramenti Pœnitentia partes declarantur.

1386 As sic declarat Tridentinum ibidem c. 3. Sunt 1387 autem quasi materia hujus Sacramentum, ipsius pœnitentia actus, nempe contritus, confessio, satisfac- cione: qui quatenus in pœnitente ad integratatem Sa- cramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissione ex Dei institutione requirantur, hac ratione pœnitentie partes dicuntur. Partes utique materiales, seu quasi materiales: siquidem formalis seu quasi formalis pars, ab soluto est: est enim hujus Sacramenti forma. Que dum profertur super pœnitentem, cui per contritionem perfectam jam remis- siva sunt peccata, suo evidenti non frustratur effectu. Tum quia remissio illa anticipatus est effec- tuus ipsius; et quod hujus Sacramenti votum in il- la contritione continetur, sine quo voto peccata mortalia in Legi nova non remittuntur. Tum quia ab soluto supervenienti illi remissioni, gratiam in pœnitente auget ac roboret, Spiritus sancti do- na confert, poenitentes temporales pro peccatis solvendas minuit.

## CAPUT CXXXVIII.

Contritionis definitio ac divisio.

1388 Contritus, que primum locum inter dictos pœ- nitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est, de peccato commiso, cum proposito non peccandi de cetero. Tridentinum ibidem c. 4. Fuit autem quovis tempore (prosequitur Tridentinum) adim- petrandam veniam peccatorum hic contritionis mo- tori necessarius. Eumque in finem sex conditiones habere debet. 1°. ut sit supernaturalis, sive do- niæ Dei, & Spiritus sancti impulsus, prout in- fri declarat, atque Innocentius XI. definitiv, hanc damnando propositionem 57. Probabile est suffi- cere attritionis naturalem, modò honestam, 2°. ut sit cum peccati odio, & pio animi dolore, quo tantam Dei offensionem pœnitentem detestetur, prout idem Concilium declarat c. 1. 3°. ut odium istud & dolor procedat ex amore Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, prout loquitur tell. 6. c. 6. & pluribus infra amoris illius necessitatem demonstrabimus. 4°. ut includat cessationem à peccato, & nova vi- ta propositam & inchoationem (tell. 14. c. 4.) ac per conqueens voluntatem peccandi excludat. Ibi- dem. 5°. ut sit cum fiducia divina misericordiae, sive cum spe venia. Ibidem. 6°. ut sit etiam con- voto praesidiandi reliqua, quæ ad ritu suscipiendum

Ggg 2